



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

V. Octobris. S. Placidvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S**PLACIDVS illustrissimâ Romanorum profapia fatus, Tertullo patre natus, adhuc puer D. Benedicto instruendus à patre traditus, licet plurimarum virtutum claritate, tamen obedientiæ obsequio sic micuit, vt ipse etiam, Benedictus sæpenumero stuperet. In solitudine Sublacensi fontem diuinitus impetranti adfuit. Aliquando etiam ad hauriendam aquam missus, & præceps in lacum delapsus, aquarumq; vorticibus abreptus, à Mauro iussu S. Benedicti, sicco vestigio super aquas corrente, seruatus est. In Siciliam missus, Monasterium & Ecclesiam in honorem S. Ioannis Baptistæ prope Messanæ portum, construxit, & triginta monachos sub eiusdem S. Benedicti cum regulâ instituit, sanctitate & miraculis penè quotidianis claruit. Multa enim sanitarum beneficia, quouis languore constrictis, vel crucis signo, vel vi precum largitus est. Eodem quoq; tempore illuc appulit immanis quidam pirata, Manucha nomine, à quo PLACIDVS cum socijs captus, varioq; tormentorum genere confectus, ore saxi contuso, præcisâq; linguâ tamen virtutem Domini prædicare non destitit. Sed cum neq; blandimentis lactatus, neq; tormentis impulsus flecti vilo modo posset, iubente Manucha ceruices mucroni præbuit. V. Oct. A. C. DXXXVI. *Ex vita ap.*

*Sur.*







S. PLACIDVS ABBAS ET PROTOMARTYR  
ORDINIS S. BENEDICTI.

*Hic pater Tertullo nobilissimo Patricio Romano natus, septembris B Be-  
nedicto traditur, a quo deinde missus in Siciliam, in S. Iohannis  
Baptista Monasterio prope Messanani, quod ipse fundauerat, cum  
triginta Monachis socijs pro Christi fide Martyr occubuit die V. Octobr:  
A. D. XXXIX.*

*Handwritten notes in the right margin, including the word 'Benedict' and the Roman numeral 'III'.*

LA